



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula XX. Litterarum testimonialium collationis sacrorum Ordinum
Vigore Brevis extra tempora.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

FORMULA XIX.

Litterarum testimonialium collationis sacri Ordinis Subdiaconatus ad titulum patrimonij.

D Rodericus, &c. Universis praesentes litteras inspecturi fidem facimus, & attestamur, quod nos hodie sabbato quatuor temporum die... Mens... in Ecclesia nostra Metropolitana generales Ordinationes celebrantes, dilectum nobis in CHRISTO N. ad primam clericalem Tonsuram, ceteroque minores Ordines jam promotum, in eisque legitimè versatum, nunc ad sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum sufficiens patrimonii examinatum, & admissum ritè promovimus, eique dictum Ordinem contulimus. In quorum fidem &c. Dat. &c.

FORMULA XX.

Litterarum testimonialium collationis sacrorum Ordinum Vigore Brevis extratempora.

D Rodericus, &c. Universis, praesentes litteras inspecturis, lecturis, pariter & audituris, Salutem in Domino sempiternam. Notum facimus per praesentes, dilectum nobis in Christo N. nostræ diœcesis Bracharensis ad primam clericalem Tonsuram ceteroque minores Ordines jam pro-

morum, in eisque legitimè versatum, nobis quoddam Breve extra tempora nuncupatum S. D. N. D. Urbani divina providentia Papæ VIII. præsentari fecisse, quod nos cum ea, qua decet reverentia, receperimus, tenoris sequentis, videlicet, &c. Quà propter nos Rodericus supradictus vigore dicti Brevis, & facultatis specialiter in eo per S. D. N. attributæ sacros Ordines tribus Dominicis, vel aliis festis diebus extra tempora à jure statuta dicto N. conferendi, in nostra Capella sita in Archiepiscopali Palatio eundem N. procreatrum ex N. & N. conjugibus de Pachchia S. N. oppidi N. hujus nostræ diœcesis Bracharensis idoneum repetitum, & ad titulum beneficij sufficientis ad quod erat arctatus, Dominica die, que fuit 3. Mens... ad Subdiaconatus, successivè diè, Iovis... quæ fuit celebratum festum S. N. ad Diaconatus; post emò verò Dominica N. Mens... intra Missarum solemnia ad sacros Presbyteratus Ordines juxta ritum, & consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ in talibus fieri solitos duximus ordinandum, & promovendum, ac ordinavimus, & promovimus, ac promovimus & ordinatum decernimus, & attestamur per praesentes. In quorum omnium & singulorum fidem, &c. Datum Bracharæ Augustæ die... Mens... Ann...

FOR.